

Frene

Urftheile u. Nachrichten
zum Aufnehmen
der
Wissenschaften und der Historie
überhaupt.

XVI Stück.

Hamburg, Diensttags, den 24 Februar, 1750.

Hamburg.

Quæ, redeuntibus novi anni auspiciis, communicatæ nobiscum sunt, his ipsis commentariis, literæ *) interpretationem oraculi divini Luc. II. 7. complexæ, ansam dederunt mihi, ad hanc qualemque scriptiunculam, iisdem commentariis inferendam. Ante vero quam consilium meum explicare instituam; operæ mihi videatur pretium esse, summam utriusque epistolæ regustare.

Doctissimus prioris epistolæ Autor, verba Lucæ C. II. 7.
καὶ ἔτεκε τὸν θίον αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, ita interpretatur:
„Maria peperit filium suum, id est, hominem, sed etiam
„præterea πρωτότοκον, id est, filium Dei. Breviter: Ma-
„ria peperit Θεάνθρωπον.“ Argumenta, quibus hanc in-
terpretationem confirmare gestit, desumpta sunt partim a
repetitione articuli, in qua magnam appositionis gram-
maticæ vim inesse existimat, partim ab ipsa textus serie,

Ω

&

*) vid. sup. p. 26 sq. atque p. 33 sq.